

rexerit, pars adversa intra proximos 3. dies adsignationem diei pro præstatione juramenti expresse vel tacite relati petito; indeque die statuto juramentum dicito, secus contrarium ejus, quod jurare debuisset, verum habendum est.

C A P U T XIX

De juramento a judice deferendo.

§. 237.

Si alterutra pars super circumstantia gravi, & a qua litis decisio pendeat, probationem non quidem plenam, sed tamen semiplenam attulerit, & juramentum pro ea Circumstantia confirmanda obtulerit, judex eidem juramentum deferat.
